Capitulo …
año 1548

Translatum Capli prouincialis
Quod Celebratum fuit in
Monasterio sancti Pauli de
Campo Ciuitatis barchinone Anno
domini M.° D.° xxxxviij.° Pro
Monasterio sancti Joannis de la
penya.

6

Caxon. I. Lig. 4

H-15981/6

Celebratio Sacri Capituli prouincia
lis Celebrati In monasterio Sanc
ti Pauli de Campo Ciuitatis
barchine Anno dni M.D.xxxxviij

In christi nomine Amen. Lateat cunctis
Quod anno dni M°. D°. xxxxviij° Die vero
veneris Intitulata tertia mensis Madij qua die
fuit festum Inuentionis Sancte Crucis fuit cele
bratum prouinciale Capitulum in monasterio Sancti Pauli
de Campo Ciuitatis barchine in quo Interuenerunt et
presentes fuerunt Rdus dnus fr petrus angelus de pinos
Abbas monasterij Sancti Cucuphatis vallensis.
affuerunt similiter dicto Capitulo prouinciali reliqui o
presidentes, viccarij, economi, tam abbatum
quam priorum omnium pene monasteriorum procuratores
tam monachorum quam monialium tam prouincie tarraco
nensis quam etiam Cesaraugustae: preter paucos de
quibus statim immediate dicetur

Qui fuerunt presentes de prouincia Cesaraugustae

Pro prouintia Cesaraugustana assistunt sequentes
Pro monasterio Sancti Victoriani frater Joannes
Ram sacrarum litterarum doctor
Pro monasterio Sancti Joannis della pena frater
Joannes paschual
Pro monasterio della ./. frater bernardus Serra
Pro monasterio Sancte crucis dellas Soros
frater barthalomeus abrios
Pro monasterio Sancti benedicti ortestelle
Pro Monasterio Sancte magdalene de le Sau

Qui fuerint absentes

Absentes vero de prouintia Tarracone nulli de
fuerunt nisi procurator abbatis et monasterii
Sancti Saturnini de tauarnolis qui etsi die lune
que fuit sexta Madii tandem accessit ad tarr
capitulum vocatum que dictus procurator frater augustinus
lay maria Qui quidem propter aquas et alias infor
tunias non potuit citius conuenire sacrum capitulum de
speciali gratia fuit admissus

Absentes vero de prouintia Cesaraugustane fuerunt
sequentes videlicet procuratores duorum monasteriorum
monialium videlicet Sancte magdalene de le Sau
et Sancti benedicti ortestelle
Et celebrata missa de festo occurrente per Reuerendum dominum fratrem
Anthonium coll priorem et Camerarium monas
terii Sancte Marie de Rotis dicto die Venerunt
his omnes supradicti tam abbates quam eorum etiam
nomine et monasteriorum procuratores intrauerunt
Capitulum ubi solita preciosa nominibusque tam
monachorum quam monialium defunctorum in
el orbe triennio recitatis propositoque in primis verbo
dei per Reuerendum dominum fratrem Joannem Ram sacrarum
litterarum doctorem mandatisque recognitis per
visitatores fratrem Jacobum de Rocha crespa Camerarium
monasterii Sancti Cucuphatis vallensis. Et
fratrem Anthonium coll priorem et Camerarium
monasterii Sancte Marie de Rotis
Aduenienteque hora prima congregatisque Reuerendis
dominis presidentibus Abbatibus, procuratoribus,

et aliis de mandato supradictorum Rdorum dnorum
fuit lecta sequens visitatio monasterij sancti
benigni dela penna
victoriani provincie Cesaraugustane. Que fuit
laudata approbata et confirmata Cum sequenti
tamen modificatione videlicet

Ita tamen commutetur pena contra non residentes
in suis prioratibus. et sit pena centum solidorum quod
residerent per duos menses

Nomina officialium

Presidentes in provincia Tarracone per capitulum sequens
Rdus dnus abbas Sancti Cucuphatis cum electione
per capitulum facienda Attento quod in presentiarum
non est abbas

Et quia in celebratione dicti sacri capituli et eo
durante fuit electa persona Rdi fris Joannis
ortells prioris Monasterij Sti Salvatoris de
breda. Ideo Rdi dni presidentes durante termino
no prorogaverunt dictam electionem et de
novo prorogarunt electionem dicti Rdi prioris
ortells et eum in presidentem nominaverunt
et elegerunt dantes eidem omnimodam potesta
tem ex canone

Visitatores in provincia tarracone venerabiles fr antho
nius coll prior monasterij Sancte Marie de Rosis
Et fr narcisus smaltrius operarius monasterij Ste
Marie Rivipulli

Expoliatores quarte et sequestri in diocesi barchinone
et vici et urgelli fr Jacobus de rocha crespa
camerarius Sancti Cucuphatis vallensis. Et in
diocesi Gerunde fr Castella prior monasterij
balneolarum

Conservatores Studiorum fr petrus vicenti Sancti petri
de Rochis Infirmarius. Et Raymundus ximenez
camerarius balneolarum
Confessores monialium fr franciscus vila pro monaste
riis barchinone. Et fr bernardus Gaspar pro
monasterio Sancti Danielis Gerunde

In quinta Cesaraugustana

Presidentes in quinta Cesaraugustana Reverendus
fr Gaspar Ram magister in Sacra theologia
Et prior de Gradibus
Visitatores fr Joannes de Labes prior de Commeger
et fr bernardus bach monachus Sancte Marie
alcornii Sacrista
Confessor monialium fr Joannes Labes
Exactores quarte fr Anthonius boyl prior
Sanctorum Juste et Ruffine et fr pascasius do
mingo prior de Inofes
Capitulum Celebrabitur In monasterio Sancti petri
Civitatis Oscensis
Sermonem faciet Reverendus magister Ram.
Primam missam Reverendus abbas Sancti Cucuphatis

Secundam dictus magister Ram
Tertiam Reverendus fr Joannes ortells prior Sancti Salvatoris
de breda
Elegerunt auditores compotorum Reverendi abbatis et
Camerarii Sancti Cucuphatis de pecuniis per eos
exactis et distributis talliorum Reverendos fres Joannes
ortells priorem monasterii Sancti Salvatoris de bre
da Et venerabiles fres Anthonium Coll priorem Sancte
marie de Rosis. Quibus dederunt facultatem
liquidandi et distribuendi dicta compota no
mine dicti Sacri Capituli cum largissima potesta
te

Ordinationes Generales

Cum iniustum et iniquum sit monachos et alios prio
res monasteriis fraudari Indebite portionibus qui diu
rnis die noctuque assistunt laudibus. Iccirco Reverendi domini
presidentes cum approbatione totius sacri Capituli vo
luerunt statuerunt et ordinaverunt quod totiens quotiens
Reverendi abbates comendatarii / Sequestri / arrendato
res vel quivis alii ad quos spectet portiones dictis
monachis in monasteriis dare et aliis portionariis
illas Integras in pondere et mensura et idoneas
in qualitate ut decet non dederint infra monasterium
suo loco et tempore ut convenit est fieri. Quod tunc
priores et vicarii vice et auctoritate presentis constitutionis
et totius sacri Capituli recipiant fructus in quibuscumque
rebus et locis obnoxios et obligatos ... et

ex parte quorum vis illorum porcionum et de illis
solutis per expensis in dicta execucione factis
solvant plene et integre porciones quibus debite
fuerint. Et ne presens ordinatio sua frandetur effectu
in monasterio mandant dictam execucionem per
dictos priores et sacristanos fieri sub excommunicationis late sen
tencie pena et viginti ducatorum pro [illegible]
erariis religionis solvendorum. Quam penam
incurrat requisiti in scriptis vel verbo per conventum
monasterii vel maiorem partem illorum si renuerit et
etiam admissis appellationibus donec predictis obtempe
raverint et absolutionem meruerint a Reverendis dominis pre
sidentibus vel altero illorum obtinere. Invocato ad
dictam execucionem si opus fuerit brachio seculari
in vim litterarum executorialium sacre Cesaree
et Regie Maiestatis ac regie audientie nove religionis
concessarum.

Quod conventus et monachi si magis expediens eis
videbitur non admittant in huiusmodi monasteriis in futu
rum arrendatores laycos vel seculares clericos
in porcionum dictarum distributores nisi dato et
assignato per dictum conventum monachos qui sub eadem [illegible]
nea pena et cautione se obligent conventui ad dan
das integras idoneas et sufficientes porciones
eo modo et forma quo solitum in dicto monas
terio est fieri quam ordinationem mandarunt
domini presidentes comendatariis abbatibus. Sequen
ctius et alii ad solvendas porciones [struck]

obligari intimari de illa si petierint copiam
dari ne ignorantiam valeant allegare.

Item Reverendi domini presidentes cum sacri capituli
approbatione laudantes primum explicantes et latius
[illegible] cantes et quatternos [illegible] de novo statuentes et
reformantes antiquam constitutionem incipientem
Quia solet etc. sub rubrica de potestate preside
in compilatione Reverendi domini fratris petri abbatis sancti Cucuphatis
positam [illegible] expresse et intelligentia explicet effec
tus et intellectus eiusdem [illegible] tamen ad
omnem hesitationis dubitationis et difficultatis materiam
tollendam amputandam cum multi sint qui nodum in
cirpo querentes fingunt se dubitare ubi dubitan
dum non est: declararunt decreverunt et determina
verunt potestatem et iurisdictionem presidentium uni
ordinis et cuiuslibet illorum nec non suorum locatenentium
in prelatos monachos et religiosos sub
iectos esse supremam largam amplam liberam et ple
nam prout ex dispositione iuris et verbis dicte constitu
tionis clarissime constat. Ita quod in omnibus causis ne
gotiis tam spiritualibus quam temporalibus civilibus criminali
bus et aliis concurrat cum ordinariis prelatis abba
tibus abbatissis et quibusvis aliis. Et ex plenitudi
ne potestatis et suppreme eorum iurisdictionis omnes
causas civiles criminales et alias cuiusvis nature
conditionis inter subditos dicte religionis sub eis
inceptas inchoatas in eo puncto in quo invene
runt Reverendi domini presidentes et quilibet eorum locatenens

eorum teneantur assumere et evocare ad se posse
sint. et eodem modo de omnibus causis et negotijs
que de novo coram eis compulerint medio iustitie dim
et cognoscere sine ad notitiam dictorum pre
sidentium per appellationem querelam recursum
denuntiationem accusationem vel quemvis alium
modum etiam ex officio devenerint declarantes
etiam dictos Reverendos presidentes et eorum locatenentes
et quemlibet eorum cum eis iustum visum fuerit
expensa posse dare licentiam monachis
et monialibus ab eis vocatis exeundi honeste
cum eorum licentia alijs monasterijs potestate quam
alijs prelatis licentia licet non obstante quo
ad moniales non obstante contradictione pre
latorum abbatum abbatissarum cum hij semper
innovaverint in ista provincia fuisse observatum
constitutione aut per generali constitutione ha
bentes quinimmo hoc statutum et in dicta antiqua
constitutione comprehendentium et observatum esse
prefertur et tamquam iuri rationi consuetudini
ac constitutionibus dicti Sacri ~~Capituli~~ ordinis con
sonum decernentes voluerunt et decreverunt auctoritate
dicti Sacri Capituli ut quicquid in vim dicte constitutio
nis tam antique huiusque presidentes aut eorum
locatenentes vel alterius illorum facta acta gesta fue
rit efficax et validum sit et perpetuam obti
neat roboris firmitatem

Decreverunt etiam dicti Reverendi domini presidentes cum approba
tione dicti Sacri Capituli constitutione facta in monasterio
Sancti Pauli campo barchinone anno domini M. cccclxxxxiij
institutorum sub titulo ex potestate abbatum destinatorum
quem facit. Et in primo capitulo lecta fuit servetur et ubi
de illa copia quotiens necessario fuerit per notarium
religionis et quem capitulum elegerit fiat et tradatur et
pro autentica habeatur et ubique iudicialiter et extra
fidem plenariam faciat absque alia solemnitate sed
cum signo et clausura dicti notarij

Fuit facta absolutio generalis
per Reverendos presidentes

Explicit
laus Deo

Fidem facio ego frater Franciscus Vila monachus
Sancti Salvatoris de breda diocesis Gerundensis et nunc
Reverendorum presidentium nostre sacre congregationis Sancti Benedicti
notarius publicus. Reverendi presidentes commiserunt suas
omnes presidentiales et iurisdictionem Reverendo magistro Gaspari
Ram ~~mona~~ monacho Sancti Victoriani et priori de gradibus
super agendis et tractandis in monasterio Sancti Joannis de la
penya. Et omnia que fuerint facienda in monasterio de Sancte
crucis [illegible] sorores super confirmatione Reverende abbatisse ~~et~~
dicti monasterij

[illegible] abbas Sancti [illegible] presidens

GOBIERNO DE ARAGON

L+ Joannes dela nuca preſidens

L+ prior orsells preſidens

GOBIERNO DE ARAGON